Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8478
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

er aio cum bona voluntate seruientes sicut domino et non
hominibus scientes quia unusquisque quodcumque fecerit bonum
hoc recipiet a domino siue seruus siue liber Et uos do-
eadem facite illi remittentes minas quia scientes quia et
illorum et uestrum dominus est in celis et personarum acceptio non
est apud eum De cetero fratres confortamini in domino et in
potentia uirtutis eius Induite uos armaturam dei ut possi-
tis stare aduersus insidias diabuli quoniam non est nobis
colluctatio aduersus carnem et sanguinem sed aduersus principes
et potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum
contra spiritalia nequitiae in caelestibus Propterea sumpite ar-
maturam dei ut possitis resistere in die malo et in omni-
bus perfecti stare State igitur succincti lumbos uestros in ue-
ritate et induti loricam iustitiae et calcati pedes in prae-
paratione euangelii pacis in omnibus sumentes scutum fidei
in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere
Et galeam salutis assumite et gladium spiritus quod est uer-
bum dei Per omnem orationem et obsecrationem orantes in omni
tempore in spiritu et in ipso uigilantes in omni instantia
et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me ut detur mihi sen-
sus in aperitione oris mei cum fiducia notum facere mysterium
euangelii pro quo legatione fungor in catena ita ut in
ipso audeam prout oportet me loqui Ut autem et uos
sciatis quae circa me sunt quid agam omnia uobis notum facient
tychicus carissimus frater et fidelis minister in domino quem misi ad
uos in hoc ipsum ut cognoscat quae circa nos sit ut consolet
corda uestra Pax fratribus et caritas cum fide a deo
patre nostro et domino iesu christo Gratia cum omnibus qui diligunt dominum
nostrum iesum christum in incorruptione Amen

Philippenses sunt macedones hi autem duo ueri
tatem pertinent in fide nec recepit fratres apostolos hos co
laudat apostolus scribens eis a roma de carcere per e
paphroditum I

Paulus et timotheus seruus iesu xpi
omnibus sanctis in xpo iesu qui sunt philippis
cum episcopis et diaconibus gratia uobis et pax
a deo patre nostro et domino iesu xpo Gratias
ago deo meo in omni memoria uestra
semper in cunctis orationibus meis pro omnibus
uobis cum gaudio deprecationem faciens super omnicatione
uestra in euangelio xpi a prima die usque nunc Confidens hoc
ipsum quia qui cepit in uobis opus bonum perficiet usque in
diem xpi iesu Sicut est mihi iustum sentire pro omnibus uobis
eo quod habeam uos in corde et in uinculis meis et in
defensione et confirmatione euangelii et socios gaudii mei omnes
uos esse Testis enim est mihi quomodo cupiam omnes uos esse
in uisceribus iesu xpi Et hoc ego ut caritas uestra magis
ac magis abundet in scientia et in omni sensu ut probetis
potiora ut sitis sinceres et sine offensa in diem xpi
Repleti fructu iustitiae per iesum xpm in laudem et gloriam
dei Scire autem uolo uos fratres quia quae circa me sunt pro
gressa ad profectum uenerunt euangelii ita ut uinculi mei ma
nifesta fierent in xpo in omnem praetorio et in ceteris omni-
bus ut plures e fratribus in domino confidentes in uinculis
meis longanimius auderent sine timore iesu dicere loqui
Quidam quidem propter inuidiam et contentionem quidam
autem et propter bonam uoluntatem xpm praedicant quidam ue-
ro ex caritate scientes quoniam in defensione euangelii positus sum
Quidam autem ex contentione xpm annuntiant non sincere
existimantes pressuram se suscitare uinculis meis Quo-
niam dum omnimodo siue occasione siue per ueritatem
xpm annuntiatur et in hoc gaudeo sed et gaudebo Sa
cit enim mihi hoc in salutem per uestram orationem et
subministratione spiritus iesu xpi secundum expectationem et spem
meam quia in nullo confundar sed in omni fiducia sicut semper
et nunc magnificabitur xpus in corpore meo siue per uitam
siue per mortem Mihi uiuere xpus est et mori lucrum
Quod si uiuere in carne hoc mihi fructus operis est et quid eligam
ignoro Coarctor autem e duobus desiderium habens dissolui
et esse cum xpo esse multo magis melius permanere autem
in carne necessarium est propter uos Et hoc confidens
scio quia manebo et permanebo omnibus uobis ad profectum
uestrum et gaudium fidei ut gratulatio uestra abundet in xpo
iesu in me per meum aduentum iterum ad uos Tantum digne
euangelio xpi conuersamini et siue cum ueniam et uidero
uos siue absens audiam de uobis quia statis in uno spiritu
unanimes collaborantes fidei euangelii et in nullo ter
reamini ab aduersariis quae est illis causa perditionis
uobis autem salutis et hoc a deo quia uobis donatum est pro
xpo non solum ut in eum credatis sed ut etiam pro illo pa
timini idem certamen habentes quale et audistis in me
et nunc audistis de me II

Si qua ergo consolatio in xpo si quod solatium ca
ritatis si qua societas spiritus si qua uisceratio
miserationes impplete gaudium meum ut idem
sapiatis eandem caritatem habentes unanimes idipsum
sentientes Nihil per contentionem neque per inanem gloriam
sed in humilitate superiores sibimiuicem arbitrantes non
quae sua sunt singuli considerantes sed ea quae aliorum
Hoc enim sentite in uobis quod et in xpo iesu qui cum in
forma dei esset non rapinam arbitratus est se esse aequa
lem deo sed semetipsum exinanuit formam seruiens accipi
ens in similitudine hominum factus et habitu inuentus
ut homo humiliauit seipsum factus obediens usque ad
mortem mortem autem crucis Propter quod et deus exaltauit
illum et donauit illi nomen quod est super omne nomen ut in
nomine iesu omne genu flectatur caelestium terrestrium et in
fernorum et omnis lingua confitetur quia dominus iesus xpus in
gloria est dei patris Itaque fratres mei sicut semper obedistis
non ut in praesentia mea tantum sed multo magis nunc in ab
sentia mea cum metu et tremore uestram salutem operamini
Deus enim est qui operatur in uobis et uelle et perficere pro
na uoluntate Omnia autem sine murmuribus et he
sitationibus ut sitis sine querela et simplices ut filii dei
sine reprehensione in medio nationis prauae et peruer
se inter quos lucetis sicut luminaria in mundo habentes ui
te aeternae ad gloriam meam in die xpi quia non in uacuum
cucurri neque in uacuum laboraui Sed et si immolor super
sacrificium et obsequium fidei uestrae Gaudeo et congratulor
omnibus uobis Idipsum autem et uos gaudete et congratula
mini mihi Spero autem in domino iesu xpo timotheum cito me
mittere ad uos ut et ego bono animo sim cognoscens quae cum